

135

impendens quod est maximum vicium in neophyto  
et iuvene religionis confusso iuuenis presumptuo  
sus et effrons. Reprehensibile maxime in iuvene p  
sumptio quem magis humilitas stabilis; verecundia  
ornat, venustat simplicitas: timor; insignit et aptum  
efficit discipline cuius initium est. Qui sine timore  
est non poterit iustificari.

**D**e irreuerentia. **L**a. vi  
**I**reuerentie denigvium est humili dei seruo  
vitandum cum scriptum sit. **C**ui honorem ho  
norem. Et honore inuicem preuenientes. **C**atten  
dinur irreuerentia respectu personarum loci sacri et  
temporis officii diuini et rerum eidem officio specia  
liter ordinatarum. **D**e reuerentia prelatis aut alijs  
fratribus etatis: aut prioritatis: aut diuturnitatis  
ordine gratia sanctorum dicta patrum: et vera hu  
militas que non solum prelatis et senioribus: verum  
etiam equalibus et inferioribus se spontanea subi  
cit voluntate plenius docent: et eius oppositum de  
testantur. Non senioribus tantum. immo et omnib⁹  
honorem petrus apostolus sentiebat exhibendum.  
Deserere humiliter socijs honorem charitatis est fra  
terne fomentum cōscientie bone illustrisq⁹ animi cui  
dens argumentum. Vix nisi socio deferas cum ipso  
proficies. Et precipue conuentui et superioribus de  
serendum. Conuentus quidem venerabilis: immo  
terribilis ut castorum acies christi ordinata. Desu  
periore sapiens ait. In medio fratrum rector eorum  
in honore Iesu quanto maior est reuerentia exhibe  
da tanto etiam maioris offense arguitur irreuerentia  
circa ipsos. Sane cōmitēdo et obmitēdo irreuerentia

B.ij.

ad ipsos nota contrahitur. **C**onmittendo si coram eis  
inordinatum quipplam deliberare attinetur. **E**nde  
non decet coram conuentu / in claustro vel alibi resi-  
dente / sine debita maturitate et honestate quantum  
ad membrorum et habitus dispositionem transire  
vel eidem transeunti occurrere / si ab eo valeat como-  
de declinare: aut multum facere coram eo. **N**ognus  
utique reverentie cultus coenitualis congregationis  
betur: quemque qui mutationibus seu cachinnis. alia  
vel clamoris vel dissolutionis lascivia solvere non de-  
betur. aut arrita fronte superbis: qui artori simile  
dedignatur: aut honestatis et religionis ignarus li-  
quidocomprobatur. **Q**uod autem superiore presen-  
te agitur minus religiose vel dicitur quid eo turpi.  
**P**ropter hoc qui mala in eius presentia committere  
non veretur: ipsum irreuerteri et in honoare conuin-  
citur: magis autem si eum scienter per aliquius insol-  
lentiam facti: vel importunitatem verbi temerario  
gus molestat. **I**mmo de necessariis docet beatus be-  
nedictus / qd si qua requisanda sunt a matore euz om-  
ni subiectione et humilitate reverente requirantur  
**L**um ipso autem plato contendere nephas est: expe-  
crando in subdito irreverentie turpido. **N**enig tam  
circa prelatos qd circa alios seniores: cauedum ne  
attractatione locutione officiorum recommendatio-  
ne ac similibus aliquid ad eos vel signum vilifica-  
tionis appareat. **N**unq; junior frater ad seniores  
fratres caput aures vel faciem quasi applaudendo  
vel ob aliam quamlibet causam nisi necessariam ma-  
num apponat: vel alter cum eo facto vel verbo mi-  
nus reverenter iocetur. **Q**uando seniores sibi p-  
sentes alloquitur et si forte aliquando eorum nome

136

pprium ipsius quidem ex reverentia supprimendum  
necessario nominat semper tamen cognomen subti-  
ceat nisi propter astantes equiuocum specificare co-  
gatur. **C**ensorum auribus nomen eius proprium  
vel cognomen nisi ex causa iunioris irreverenter incul-  
cat. Verum licet in utilitatis notam nomen propri-  
um exprimi ex amore vel reverentia supprimi scriptu-  
ra innuente nouerimus sine vicio tam palam senti-  
ribus ipsis exprimitur quando irreverentie notam,  
mos modus et congruentia redimunt. **S**ecundum quod  
erat incongruum necessitas gratia vel consuetudo  
convertit. **C**apit autem vicium si ad te verbo ad  
velutinibus superiori accessis ad quem est tibi fa-  
cilius aut liber accessus honestus enim ad eum cui re-  
uerantiam debes tu accedis et ipsum ad te accedere  
facis. **B**ullus etiam frater est puro nomine appellandus sed proprio nomini apponendum est semper  
religiose prenominationis insigne. **S**ed nec solo co-  
gnomine vel nomine patre puta lumbardus vel gal-  
licus frater est aliquis nuncupandus. **C**humilia et  
laboriosa officia recommendari coequalibus et iu-  
nioribus maxime convenientia. **Q**uod autem suu quisque  
officium suo dumtaxat comparat vi accollitus accol-  
lito/subdiaconus subdiacono et sic de alijs recom-  
mendet in officio specialiter diuino locum habet vbi  
personarum non quidem acceptio viciosa: sed ordi-  
nata discretio iuxta cuiuslibet statum et ordinem est  
habenda ne ordinum sancta patrum auctoritate distincio confundatur. **P**ropter hoc et si cantoris of-  
ficium ad fratres novicos nullo modo pertineat si  
tamen ad hoc per superiori cogatur caute pvide  
qui et lectiones/respchoria/ et antiphonas distribuat

B.iii.

ordinate ordinum gradibus obseruatis primas an-  
tiphonas maioribus prelato vel hebdomadario: vel  
seniori alicui sacerdoti: vel quando mos habet mino-  
ribus in vesperis nocturno et laudibus offerentes.  
**D**einde post unum vel duos si oportuerit fratres gra-  
dus eiusdem ad alios ordinate secundum gradus or-  
dinum processuri. **N**ec facile diuersorum i ordibus  
graduum fratres combinent: aut minora officia in  
maiori ordine constitutis imponant. **P**rus quoqz  
ordinatos alij p̄serendos iura d̄ccernunt nunqz or-  
dinum confusionem in choro: religionem putē: cum  
id magis abusionem: irreuerentieqz obnoxium esse cō-  
stet. **O**mnia inquit apostolus honeste et ordinate fi-  
ant in vobis. **E**t in paralipomenon de ministris do-  
mini dicitur q̄ stabit scđn ordinem suum in ministerio.  
**S**i quis sedilium chori dumtaxat ordinem si  
ne alio personarum delectu in huiusmodi estimat ob-  
seruandum: penset si a carpenteris constructus li-  
gnorum ordo in sedilibus sit ordini p̄serendus ecclē-  
siastico. In personis seruandum in ecclesia ecclē-  
siasticam:decreuit auctoritas: equitas: et honestas.  
**O**mittendo noram: irreverentie quis incurrit quan-  
do senioribus et maxime prelatis honorem vel obse-  
quium debitum aut in obsequio ipso negligit reue-  
rentiam exhibere. **A**liqua de hoc potius expressio-  
ne patrebunt. **H**onorū quis distrahit si eis humili-  
liter non assurgit vel eis astantibus ipse sedet. **S**i  
deficientibus in choro vel alibi sedibus: locum eis  
non offert si eis in choro in mensa in sedendo eundo  
et huiusmodi si commode potest non cedit. **O**b  
sequio detrahit si hec eorum persōis quādo palam  
egent non exhibet. **S**i eis in aliquo humili vel labo-

rioso officio in sua presentia occupatis se ad id factum vel coadiuandum non exhibet. Si quod ad se ex officio pertinet eis ad faciendum dimitit.

**C**Expedit itaque ut iuniores fratres senioribus fratribus humiliter deferentes eos in his que pure sunt oneris non honoris agenda: siue ad officium diuinum pertineant: siue ad alia humilitatis officia studes aut preuenire. **A**d prouidendum de lumine ac libris i choro et extra. **A**d officium beate virginis quam ad invitatorium et lectiones cum plane dicuntur. **O**fficium quoque mortuorum quantum ad primas lectiones necnon ad horarum versiculos ubi ad hec discenda presens non fuerit specialiter aliquis a signatus. **A**d offerandum aquam pro manibus ablwendis. **A**d leuandum mensas finitimi gratiis et ad ministrandum celebrantibus et altari: quotiens necessarium fuerit ex officio suo: siue in minoribus: siue in sacris fuerint ordinibus constituti solliciti sint et prompti: nec ista aut similia senioribus facienda de relinquent. **E**rubescat dyaconus vel subdyaconus vacans et non obviendens: officium quod a pote potest dimittere vel differre sacerdote ad missam vice dyaconi vel dyacono pro subdyacono ministrante. **N**ec magnum est si hebdomadas casu continuet. **G**rauiora passim continuantur officia. **D**ebetur cuiuscumque ordini gradus suus: nec de gradationibz est agendum nisi forte aliud congrua interdum causa depositat. **I**n obsequijs eorum maxime qui vice Christi nostrorum sunt altarum custodes: non est reverentia obmittenda per caput abstractione dum eis ministrantur: aut loquimur que per humilem corporis inclinationem pro loco et tempore: vel alias per humilem obsequem.

B. illis.

di modum ostenditur. Superbus autem ut sit pro-  
sper non obseruat in obsequijs reverentiam. Stol-  
dis quibusdam decretum est nulli deferre. discretio  
nem personarum et graduum non curare. Curanti-  
bus nunc adulationis: nunc acceptionis personarum  
crimen impingere. Et admodum confusione amici  
ut supereribus de superbicia caueant sibinon cauent  
Fedum enim trcuerentie vicium/ p religione osten-  
dunt. **C**humilitatem maioribus exhibendam euan-  
gelijs sancto et professio nostra commendat. Nusq  
tamen recolo superbiam alijs/ seu temerariam par-  
tatis usurpationem indulget. Sentorem est vtq ve-  
humiliter sentiant. Generationem non appetant. hu-  
miles se alijs ac sociales exhibeant. Sapientis est co-  
siliun. **Q**uanto magnus es/humilia te in omnibus  
Sapientie vero preceptum. **Q**ui maior est vestrum  
fiat sicut iunior. Et petrus cum dixisset. Adolescentes  
subditi estote seniorib⁹. Pro virisq intulit. Omnes  
in usum humilitatem insinuate. **C**eterum est  
omni indifferenter persone/ humilitas/ est quedam  
turris fortitudinis a facie inimici/ nescio quo pacto  
tamen vis eius maior est in maioribus et clarioris-  
bus clarior comprobatur. **C**orro non solum res-  
pectu personarum ut dictum est verum etiam respe-  
ctu loci ut est ecclesia maxime circa altare irreveren-  
tia est vitanda. Circa altare ut cum ad ipsum acce-  
ditur maturior et humilio; gestus accedeuntis et ma-  
xime ministrantis devotionem ostendat. nec aliquis  
cum imperu vel in honeste accedat. In ecclesia vero  
caendum ne quamvis extra canonici tempus offi-  
ciis loquendo : vel ridendo : vel aliquo quouis modo  
minus honeste aliquid fiat. In aulam regiam igrē

138

furus ait sanctus crisostomus oculis incessu/et ha-  
bitu te componis et in ecclesiam ingressurus: que est  
vere aula regia rides. **C**est etiam sacro tempore hoc  
est dominicis diebus et solennioribus deferandum  
ut in eis a communione operum occupatio cesseret et  
diuinis officijs attentius insistatur. Nam ut ait hu-  
go. Festi dies: aliud studium: et aliam conuersandi  
modum exigunt: atq; alum hi in quibus licet opera  
ri exposcent. In illis inquit nos oportet ad celebranda  
misteria diuina deuotius intendere: atq; in ora-  
tionibus diuitius perseverare omnem deniq; actum  
et omnem motum cordis pariter et corporis diuino  
misterio mancipare: atq; vt ita dicam quadam con-  
uersationis nouitate festos dies honorare. In cete-  
ris vero diebus in quibus operari licet nullus om-  
nino oculos apparere debet. **C**o irreuerentia i de-  
uinis officijs et rebus ad ea spectantibus evitanda  
infra per reverentie positionem agetur.

**C**ontra disciplina in generali.

**C**ap. vii.

**D**icto de preparatorijs ad disciplinaz et aliqui  
bus eius effectibus incidenter sequitur ut de  
spa plent<sup>9</sup> exprimend<sup>9</sup> que vetustate deposita along  
contra hostis insidias stabiliter sup radicem humilis  
tatis cōsurgit. Primo in generali quid sit que eius  
visititas: qualiter ad eius perueniatur noticiaz: et de  
ipsius custodia. deinde in speciali dicamus. **D**isci-  
plia est ut ait hugo. Conuersatio bona et honesta cui  
parum est mala non agere/ sed studet etiam in his  
que bene agit per cuncta irreprensibilis apparere  
**I**tem disciplina est omnium membrorum motus  
ordinatus est dispositio decens in omni habitu et